



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Ulrichi Hutteni Equitis Germani Opera Poetica**

**Hutten, Ulrich von**

**[Frankfurt am Main], 1538**

**VD16 H 6395**

Ulrichi Ab Hutten Equitis Germani, De Pisactura Venetorum, Heroicum.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-13027**

## IN VENET.

Maximus hoc iuris Æmilianus habet,  
Scribite Germani uictura poëmata uates,  
Et decori uestro nomina longa date.  
Assere Cæsareas quisquis potes, assere laudes,  
Materia ad numeros hæc erit apta tuos.  
Hic quod nostra probet, quod postera diligat ætas,  
Immortale bonus texat Erasmus opus.  
Hic se dignum aliquid Musis extorqueat Hæffus,  
Buschius hic carmen libera lege Crotus.  
Me quoq; ducit amor, præterq; tot ultimus omnes  
Augebunt numerum, qualiacunq; canam.  
Omnia lætentur, persoluant omnia laudem,  
Iam Venetos bello Maximilianus adit.

## VLRICHI AB HV T TEN EQVITIS GERMANI, DE PI scatura Venetorum, Heroicum.

**E**Xierant Veneti piscatum, ita fata ferebant,  
Non uni Veneti, toto genus orbe coactum,  
Et feces populorum, & magni opprobria mundi,  
Inter se iunxere manus, & pacta uicissim  
Constituere, humiles primum tulit Adria euntes.  
Retia panduntur, curuis contenditur hamis.  
Feruet opus, cadit omne genus, quod uiuit in undis.  
Ipsi agili cymba, & curua rate fluctibus errant,  
Et non lata uagis audent petere æquora lembis.

Hec

PISCATYRA

Dumq; ita dissimulant, uicinis montibus ortas  
 Dicuntur secuisse trabes, magnasque repente  
 Extruxisse fretis puppes et fluctibus aptas,  
 Armaq; conuexisse uiri, murisque sub alto  
 Fundamenta mari, sub iniquo aptasse profundo,  
 Aequoris in medio, cincti nutricibus undis,  
 Fœnore iam dites, et adactis mercibus aucti,  
 Quas Arabum populi, diues quas miserat Indus  
 Fixibus Eois, et de Gangetide celo.  
 Cœpta est interea Veneti captura Senatus  
 Suspitiosa, animos regum passimq; petitos  
 Irritare duces, cœeunt ex urbibus omnes  
 Italiae proceres, tentant diuellere, seruat  
 Casibus in medijs tutos Fortuna, marisque  
 Esse iubet dominos, ita qui paulò ante parabant  
 Et tenui uictum quæstu, tunc retibus actis  
 Humanas piscantur opes, cumq; urbibus ipsos  
 Subijciunt homines, ibi si quis fortè comesto  
 Excitus est hamo, ceciditq; in retia princeps,  
 Imperium cessit uictori, Antenoris urbem,  
 Altinasque domus, et terras, quæ inter amœnum  
 Contingunt Athesim, celerisque fluuenta Timauis,  
 Iuxta Opitergnos scopulos, Aquileiaq; arua,  
 Eugeneas sedes, et qua tenuis urget Iader  
 Adriacos fluctus, patriumq; Limenis ad amnem,  
 Et qua se Eridanus perdit prope littora, primum  
 Imperij statuere modum, nondum aurea tecta,  
 Auratasque trabes Phrygiae erexere columnas,

## VENETORVM.

Nur in Cenotrios fines, & Gallica rura.  
 Italiae per utrumq; latus, tunc Roma supremum  
 Post Gothicas clades, & magni bella Sueui,  
 Excidium timuit, compressæ fraude dolisque  
 Quaedam urbes, aliae tolerant iuga, uiribus actæ,  
 Tunc Itali seruire Duces, & ferre tributum  
 Victori Veneto iussi, tunc Istria paret,  
 Dalmataq; & iuncto Slauorum regna Liburno.  
 Per mare grassatum est, das magnam Graecia poenam  
 Victa moræ, uexata Rhodus, Thracæque petiti,  
 Capta Iouis Crete, facta est provincia Cyprus,  
 Diuitiae ingentes cumulatæ, omnesq; subactæ  
 Insulae Ionio in magno, quas dicere longum est,  
 Et numerare pudor, fortis sese impete primo  
 Ianua in occursum Venetis grassantibus offert,  
 Et recte audaces Ligures, si casibus æquis  
 Dispenset Fortuna uices, ultroq; citroq;  
 Vincendo uicti Ligures, aliquotq; per annos  
 Successu uario pugnatum, & uiribus æquis,  
 Donec ad euentum, quo iam inclinauerat, exit  
 Alea bellorum. Quid cum fors addere posses,  
 Crōnia quid uelles, quo nata superbiat ulira?  
 Addis adhuc aliquid, sed quo nil maius habebis,  
 Prædones regnare iubes, tunc quisquis ad undas  
 Venerat Euganeas, curua uix integer alno,  
 Pisce onerans scabra limosam erugne cymbam,  
 Hunc regem facis, et populos, quibus imperet, addis,  
 Das etiam cultum, & speciem concedis honori.

Contis

PISCATVRÁ

Continuo argentum mensis, solidoq; ex auro  
 Pocula, & artifice lances iudore supinas,  
 Exponunt Veneti, & cocco sublimibus ornant  
 Aurea fulcra toris, atq; hoc torpore quietis  
 Bethica lana uiris, Canusinaq; fit toga uestis.  
 Callaicum solis aurum, solisq; reuectæ  
 Littore Erythraeo, & rubeo de gurgite gemmæ.  
 Assyria iactantur opes, & purpura solis,  
 Prædita sunt solis omnem excedentia luxum.  
 Quicquid imetus habet, quicquid lapidosa Caristos,  
 Et Venosa Thasus, uel quo se marmore iactat  
 Thagetum, Altinæ poscit structura paludis.  
 Fertur pinguis Onyx, & fertur pinguis Ophites.  
 Ipsos grata tenet suffar:is culcitra plumis.  
 Fragrantes unguenta, & quos Phœnicis odores  
 Lectus habet, signant sua tempora Mausolæis  
 Sidereis. Venetiq; uocant monimenta trophæi,  
 Insula, fundus, aquæ, pecudes, portoria, uillæ,  
 Cui desunt Venetor: cultiq; rosaria pesti?  
 Alcinoiq; horti? & uigili mandata Draconi  
 Hesperidum prata: stant ductæ ad sidera turre,  
 Atria longa patent, ab aprico porticus æstu  
 Quæ defendat, adest, intus conclaue superbum  
 Ornant Phidiaci preciosa toreumata cæli,  
 Mentore. eiq; artes, & adhuc in honore uetusti  
 Praxitelis statuæ, sunt certatoris Apellæ  
 Viuentes tabulæ, sola ipsis balnea curæ,  
 Et ductæ choreæ numeris, & molle theatrum,

scor.

VENETORVM.

Scenaq; nocturnaeq; epulae, sibi balsama inungunt.  
 Inq; luto gemmas, & coccina sformata uerrunt.  
 Sunt narado, sunt strata croco subsellia, nec iam  
 Transtra foriq; animos terrent, maliq; uageq;  
 Cornibus antennae, & nautis metuenta charybait,  
 Scyllaeiq; canes, atq; elatrania saxis.  
 Monstra, Notiq; leues cursu, Boreaeq; uolucres.  
 Iam desueta opera, atq; usu damnata recenti,  
 Moribus his cum iam centum durasset in annos,  
 Atq; alios centum, Venetae piscatio gentis,  
 Irata fremuere Alpes, ruit excita celsis  
 Especulis regina auium, cursuq; librato  
 In Venetas armatur opes, non ipsa nefandam  
 Affectans praedam, sed captum ut liberet orbem,  
 Ut spoliatorum miserè patrimonia regum,  
 Restituatq; loco, donetq; haeredibus equis.  
 Teutona quid faciat, fertur quae fuisse iuuentus,  
 Tempus id ex Aquila, quid agat conamine tanto,  
 Et quo tela ferat, quem se sic armet in hostem,  
 Regali à cultu, respondit, & urbe relego  
 Piscatum Venetos, miserorum uincula regum,  
 Et diras soluo manicas, per me omnia priscae  
 Libertatis erunt, faciam discrimine iusto,  
 Ut populi sint, utq; duces, ciuilia iura  
 Urbibus imponam, reges amissa tenebunt,  
 Qui per me cupient, studium est aperire reuinctam  
 A Venetis pacem, & tota tellure recepim  
 Afflictae Italiae, presseq; ostendere Romae.

MARCVS

Arcebo excursus, et sumpta latronibus arma  
 Infringam, legesq; dabo, creptamq; tuebor  
 Iustitiam: post, qui fictis piscatibus orbis  
 Regna affectarunt, et se penes omne subacti  
 Sperarunt mundi caput, imperiumq; futurum  
 Quiq; mihi bello, et contractis uiribus ausi  
 Et terra et certare mari, quod origine constant,  
 In piscares redigam, priscaque per artes  
 Scrutari uada, et erumoso uiuere questu,  
 Exutos rapto cogam, laceratq; carina  
 Nautica sulcato cantare celeumate ponto.

Hec dicentem Aquilam, molitamq; omnia factis,  
 Plausu exceperunt reges, lateq; resecti  
 Optarunt ceptum uotis succedere bellum,  
 Quod si tu casu Venetos seruabis in isto,  
 Cesare ab irato, dijs ulteriores potentem,  
 Te dicam fortuna deam, templisq; sacrabo.

VL RICH I AB HVT

TEN EQVITIS GERMANI

Marcus, Heroicum.

R vperat Adriaci stagnantia claustra profundū  
 Βάτραχος ὁ ψώσας ὠχρόν δ' ἔμας ὄδ' αὐτὶ  
 λευκῶν.

Improuisum orbi monstrum illud d' εὐδὸν ὄραμα.  
 Nec soliti generis, uel qualē sepe uidemus. (λύψας  
 Σκιετῆσας κατὰ γῆν, κ' ἔφ' ὄδ' αὐτὶ σῶμα κ' αὐτὸ  
 Vastū corpus erat, quaedāq; in corpore uires.